

Universitätsbibliothek Paderborn

**Svmma Totivs Theologiæ S. Thomæ Aqvinatis, Doctoris
Angelici Ordinis Prædicatorum**

Secvndæ Secvndæ Partis Volumen Tertium

Thomas <von Aquin, Heiliger>

Romae, 1619

Vtrum gula sit peccatum? 1

urn:nbn:de:hbz:466:1-38803

Vtrum gula sit peccatum?

A D primum sic proceditur. Videtur, quod gula
non sit peccatum. Dicit enim Dominus Matth
15. Quod intrat in os, non coinquiat hominem. Sel
14. a. 1. et 15. gula est circa cibos qui intrant in hominem. Cum ce
a. 2. et 3. go omne peccatum coinquinet hominem, videtur
60. quod gula non sit peccatum.

¶ 2 Præterea, Nullus peccat in eo, quod virtus
e. 28. an- non potest. Sed gula consistit in immoderantia cib,
to med. quam non potest homo vitare. Dicit enim * Greg.
* e. 31. nō 30. Mor. Quia per esum voluptas necessitati miscetur
multū a ratur. Et * August. dicit in 10. confes. Quis est Do
fin. 10. i. mine, qui aliquantulum extra metas necessitatis ci
bum non sumit? Ergo gula non est peccatum.

¶ 3 Præterea, in quolibet genere peccati primus
motus est peccatum. Sed primus motus sumendi ci
būm non est peccatum, alioquin fames & fatis essent
peccata. Ergo gula non est peccatum.

e. 16. pa- SED contra est, quod * Greg. 30. Mor. dicit quod
rū princ. ad conflictum spiritalis agonis non assurgitur, si non
prius intra nosmetipso hostis positus, gula videlicet
appetitus, edomatur. Sed interior hostis hominis est
peccatum. Ergo gula est peccatum.

RESPONDE O dicendum, quod gula non
nominat quemlibet apperitum edendi & bibendi, sed
inordinatum. Dicitur autem appetitus inordinatus
eo, quod recedit ab ordine rationis, in quo bonum
virtutis moralis consistit. Ex hoc autem dicitur
quid esse peccatum, quod virtutu contrariatur. Sed
manifestum est, quod gula est peccarum.

Ad primum ergo dicendum, quod id quod narrat
in hominem per modum cibi, secundum suam libetatem &
naturam, non coinquiat hominem spiritu
ter. Sed Iudæi, contra quos Dominus loquitur, & Matthe
chæi, opinabantur quod aliqui cibi immundos facerent
non propter figuram, sed propter propriam namam.

Inor

Inordinata autem ciborum concupiscentia spiritualiter hominem coquinat.

Ad secundum dicendum, quod sicut * dictum est, *in corpore arte*.
vitium gulae non consistit in substancia cibi, sed in concupiscentia non regulata ratione. Et ideo si aliquis excedat in quantitate cibi non propter concupiscentiam cibi, sed estimans id sibi necessarium esse, non pertinet hoc ad gulam, sed ad aliquam imperitiam. Sed hoc solum pertinet ad gulam, quod aliquis propter concupiscentiam cibi delectabilis scienter exce-
dat mensuram in edendo.

Ad tertium dicendum, quod duplex est appetitus. Vnus quidem naturalis, qui pertinet ad vires animae vegetabilis, in quibus non potest esse virtus & vitium, eo quod non possunt subiici rationi. Vnde & vis appetitiva dividitur contra retentivam, digestivam & expulsivam. Et ad talen appetitum pertinet esuries & fatis. Est autem & aliis appetitus sensitius, in cuius concupiscentia vitium gulae consistit. Vnde pri-
mus motus gulae importat inordinationem in appetitu
sensitivo, que non est sine peccato.

ARTIC. II.

Vitrum gula sit peccatum mortale?

Ad secundum sic proceditur. Videtur, quod gula non sit peccatum mortale. Omne enim pecca-
tum mortale contrariatur alicui precepto decalogi: quod de gula non videtur. Ergo gula non est pecca-
tum mortale.

¶ 2 Præterea, Omne peccatum mortale contraria-
tur charitati, ut ex * supra dictis patet. Sed gula non
opponitur charitati, neque quantum ad dilectionem
Dei, neque quantum ad dilectionem proximi. Ergo gu-
la numquam est peccatum mortale.

¶ 3 Præterea, August. dicit in sermone de pur-
gatorio, Quotiens aliquis in cibo aut potu plus acci-
pit quam necesse est, ad minutâ peccata pertinere
noverit. Sed hoc pertinet ad gulam. Ergo gula com-
putatur inter minutâ, id est, inter venialia peccata.

Sec. Sec. Vol. iii.

P S E D

715

inf. q. 154

a. 2. ad 6

¶ Mal.

q. 14 a. 2

¶ Ro. 13

le. 3. cor.

4 et Gal.

5 le. 4. co.

2. fin.

* qu. 132.

art. 3.

† serm. 4.

ante me.

to. 10.